



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 22. Principum atque illustrium obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

æc. XVIII. *lenticæ* nomine honorentur, aut caputia
A. C. 1713. & holosericas manicas deferant. Monuit eos quoque, ut fugiant convivis, & solemnitates nuptiarum ac puerperiorum, choreas & saltationes, neque etiam nundinas frequentent, minus vero ocreati sacrificent, & in urbe palliis induti sine baculis incedant, nec peregrinationes novas instituant, sed antiquis inhæreant, & conciones suas scribant, ut eas ad petitionem exhibere valeant. Denique inhibuit, ne Neo-Mystæ in suis primitiis puellas pro sponsis constituent, nec etiam convivia usque ad seram noctem protrahant.

§. XXII.

Principum atque Illustrium obitus.

Kettel.
pag. 604.
Dec. VI.

Inter Principes hoc anno denatos laudabatur Fridericus Borussiae Rex illustris famæ Princeps, qui sibimetipsum & familiæ suæ Regiam dignitatem illis Provinciis statibus, quæ Imperii Romani nomen non agnoscebant, attributam adjudicavit, reclamantibus Principum potissimis, qui tamen postea illum hoc titulo honorarunt. Obiit Berolini die decima quinta Februarii annos natus quinquaginta sex, Viennæ etiam die prima Januarii decessit
 Tran-

Transylvaniæ Princeps Michael II. Sæc. XVIII.
 Abafi de Apanagii Falva nonnisi tri- A. C. 1713.
 ginta quinque annos natus: Pariter
 Florentiis morte præmatura decessit
 Ferdinandus III. Princeps hæredita-
 rius Ducatus Florentini, ob cuius
 jacturam Pontifex Cosmum ejus Pa-
 trem solabatur, die decima Novem-
 bris datis ad eundem literis. Præter
 hos in Galliis Dux Mazarinus anno æ-
 tatis octogesimo secundo, Londini Epi-
 scopus Kilmoriensis anno ætatis septua-
 gesimo septimo, in Hispania Dux Me-
 dina - Sidonia annos natus septuaginta
 tres, Fridericus Guilielmus Dux Sue-
 rinensis die vigesima quarta Julii, &
 die decima octava Decembris Frideri-
 cus Henricus Saxo - Citiensis Dux vi-
 tam exuere.

§. XXIII.

*Scriptorum Catholicorum decessus
 & opera.*

Ex Scriptoribus Catholicis, qui hoc Niceron.
 anno calamum cum vita posuere, tom. 3. § 8.
 paucos recensere lubet, atque inter
 eos primus occurrit Petrus Le Nain
 Abbatiae Trappensis Sub - Prior, qui
 novem volumina Historiæ Cisterciensium,
 vitam Armandi Joannis Boute-
 lieri Rancæi Abbatis Trappensis, Ho-
Hist. Eccles. Tom. LXVIII. Oo mi-